

NvK an das Brixner Domkapitel. Er beteuert nochmals, sein Versprechen gegenüber Hz. Sigismund gehalten und sich für dessen Absolution und den Aufschub der Kirchenstrafen eingesetzt zu haben. Da der Herzog sich jedoch nicht dem päpstlichen Urteil unterwerfe, könne er nichts ausrichten. Er warnt eindringlich vor den drohenden Kirchenstrafen, von denen auch das Kapitel betroffen sein werde.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 123 (= K¹); BOZEN, StA, Cod. 3 (*Acta Concordiae*) p. 60f. (= A); ebd., *Codex Handlung* (ebemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 146^r-148^r (= H²); (J. Resch, r8. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 25ff.

Regest: LICHNOWSKY, Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCCXII Nr. 404 (mit Textauszug); JÄGER, Regesten I 324 Nr. 308.

Erw.: JÄGER, Streit II 70-72, 80f.; VOIGT, Enea Silvio III 368f.

Unser Text folgt der Abschrift K.

Venerabiles domini. Data fuit michi una littera ad sigillandum, cum essem in Bruneka et in custodia armatorum d. ducis, in qua inter alia continetur, quod ego supremam diligenciam facere deberem pro absolucionem d. ducis et satellitum etc.³⁾ Ego, sicud sigillavi, feci, et nisi fuisse, dux cum satellitibus fuisse die Penthecostes (1. Juni 1460) solempniter anathematizatus atque publice in presencia forte lx milium hominum. Sed quia ante adventum meum Senas in Macereto, ubi papa erat, fuit monitorium decretum contra d. ducem⁴⁾, satellites et receptatores ad videndum se declarere incidisse in penas c. ,Felicis⁵⁾ et Cle. ,Si quis swadente⁶⁾ et ad ponendum undique interdictum in dominiis ducis et ubicumque ipsum aut aliquem ex satellitibus continget descendere, non potui illud monitorium iam decretum impedire, sed perswasi s. d. n. et dominis cardinalibus, ut per totum mensem junii daretur terminus. Post hoc obtinui usque ad medium julii, deinde per totum mensem julii. Et plus obtinere non valens, scripsi domino doctori Laurencio⁷⁾, quomodo prima dies lune mensis augusti (4. August 1460) esset ultimus terminus ad declarandum, quod de hoc d. ducem avisaret. Et ego adhuc, ut semper ante consulerem sibi, quod se ad manus pape daret eciam quo ad restitucionem; quod si nollet, tunc ego non possem eum juvare et vellem per hoc esse quitus de premissis promissis. Et quantum in recessu ipsius d. marschalci⁸⁾ et d. Laurencii promisi rem sic tenere per dies xl, et non tenui solum per xl, sed lx et plus. Ipsi miserunt michi nuncium, quatenus obtinerem usque ad festum sancti Bartholomei (24. August 1460); eo tunc exirent oratores venturi ob hanc causam.⁹⁾ Et facta diligencia papa respondit iam monitorium cum termino peremptorio publicatum nolle immutare. Statim expedivi missum, ut rediret.¹⁰⁾ Et iterum scripsi semper consulendo, ut prius. Utinam hoc consilium fuisse acceptatum!

Et quia terminus monitorii erat quarta augusti, forte accusabitur contumacia nichil dicencium. Et per aliquos paucos dies continuabitur processus, et demum, ut presumitur a quibusdam, in die Assumptionis (15. August 1460) papa faciet, ut voluit facere in die Penthecostes. Ideo facite, uti tenemini, omnem diligenciam pro obedientia et submissione. Nam si fiet illa terribilis anathematizacio, indicibilia mala sequentur. Eciam audivi, nescio, tamen deus scit veritatem, et dixi eciam alias magistro Leonardo¹¹⁾, papa

¹⁸ plus: a.R. von der Hand des NvK Hoc satisfeci mendaciis Laurencii K | Ipsi: Randzeichnung: männliches Gesicht im Profil H. ²¹ immutare: em. in mutare K. ²⁸ anathematizacio: em. anathamatizacio K.

30 pro illa die eciam faciet aliquam declaracionem et gravem contra vos et alios, qui receperunt et dietim receptant excommunicatos tales, quia c. ‚Felicis‘ tales receptatores eadem pena cum principali punit. Et audivi a papa eciam velle de novo ponere interdictum per totam diocesim excepto dominio comitis Goricie.¹²⁾ Hec notifico vobis, ut saluti animarum et honori provideatis et ne michi imputari possit, quod neglexerim vos
35 avisare. Et hoc, quod vobis scribo, universis prelatis et ecclesiasticis personis scribo iniungendo vobis in virtute prestiti juramenti obediencie, ut quantocius hanc litteram publicetis omnibus. Senis xi julii 1460.

N. cardinalis s. Petri episcopus Brixinensis

(*Adresse:*) Venerabilibus viris dominis preposito, decano et capitulo ecclesie nostre
40 Brixinensis in Christo dilectissimis.

33 dominio: *a.R. korrig. statt domino K.* 39 Venerabilibus – 40 dilectissimis: *Adresse fehlt in K.*

¹⁾ Über dem Text Capitulo Brixinensi.

²⁾ Der Text wird eingeleitet mit: Item capitulo fuit ultima die julii (31. Juli 1460) presentata quedam littera missiva per Johannem Hews, officialem ecclesie (*Hans Heuss, Amtmann zu Brixen*), de manu cardinalis, que fuit data undecima julii. Sed per magistrum Symonem de Welen tarde fuit missa de civitate sew Belluno. Et capitulum fuit protestatum solemniter in sacraстia (!) coram domino Paulo notario (*Paul Greusinger, Notar des Kapitels*) et testibus de ita tarda presentacione, ita quod capitulum non potuit mittere ad diem sententie, quia nec adhuc sciebat nec habebat tenorem monitorii et neque potuit presumere, quod aliquid fieret contra capitulum, ex quo in nullo peccaverat nec umquam vocatum aut auditum fuerat. Tenor vero littere de qua supra, talis est.

³⁾ Vgl. oben Nr. 6182 Z. 46-56.

⁴⁾ S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).

⁵⁾ VI 5.9.5 (*Felicis*), ed. Friedberg II 1091f.

⁶⁾ Clem. 5.8.1 (*Si quis suadente*), ed. Friedberg II 1187f.

⁷⁾ Lorenz Blumenau; s.o. Nr. 6252 (1460 Juni 20).

⁸⁾ Hans von Kronmetz, herzoglicher Hofmarschall.

⁹⁾ S.o. Nr. 6255 (1460 Juni 28).

¹⁰⁾ S.o. Nr. 6259 (1460 Juli 9).

¹¹⁾ Leonhard von Natz. Er war Ende Mai/Anfang Juni 1460 als Gesandter des Domkapitels zu NuK gereist; s.o. Nr. 6225, 6237.

¹²⁾ Zur Sonderregelung für die Grafschaft Görz, s.o. Nr. 6232.